



na eterna per collationem gratiae: hic enim est primarius, ut principalis huius sacramenti effectus, de ratione namque sacramenti est esse signum efficax gratiae, & sacramenta universaliter loquendo gratiam continent, quam significant; ergo ut vere, & proprie aliquid dicatur pars alicuius Sacramenti, debet aliquo modo concurrere ad collationem gratiae, nec sufficit, ut ad alium consequentem concurrat effectum, ut in proposito est poena temporalis remissio.

Conferuntur, quia dari potest totum penitentiae sacramentum absque poena temporalis deletione; ut patet de moriente absque implementatione satisfactionis in hac vita, & de implete satisfactionem non obligat ad poenam, quia forte tota in sacramento remissa fuit, vel delecta per indulgentias; ergo per hoc praecise satisfactio non est pars eius; consequentia patet, quia nihil dici potest proprie loquendo pars alicuius sacramenti, quod non sit signum efficax, quando essentia talis sacramenti ponitur. Denique nec obstat, quod satisfactio imponatur tantum pro solutione poena temporalis remissionem ex Conc. Trident. sess. 14. cap. 8. & can. 15. nam Concilium loquitur cum tali limitatione, & particula exclusiva, & licet hunc effectum satisfactionis specificet ut eius propria, supponit tamen, habere alium communem cum aliis partibus, qui est primarius, & principalis, imo quod dicit cap. 3. satisfactionem concurrere cum aliis penitentiae partibus per modum materiae, plane iniunctam quoque effectum illum attendere debere, quam forma, & reliqua partes ex parte materiae se tenentes attingunt, qui est peccati remissio per gratiae collationem; adhuc tamen verum est, talem effectum attingere, non ut in te exhibitam, & executionis mandatum, sic enim tantum attingit remissionem poena temporalis, sed tantum ut in voto assumptam, modo iam explicatum. Ex quo tandem deducitur, quod satisfactio a sacerdote iniuncta, & a penitente exequenda dicitur pars huius sacramenti, & ad utrumque eius effectum concurrat, scilicet, primarium, qui est remissio culpe, & poena eterna, quam secundarium, & minus principalem, qui est remissio poena temporalis, secundum hoc dicitur tamen, quod ut ad primarium concurrat, debet esse volita, & saltem in voto haberi; ut verò concurrat ad secundarium nempe poena temporalis remissionem, debet esse in te exhibita, & executionis mandata; quod si in te non ponetur, ut accidit aliquo, non obinde cessat causae effectum primarium, & ad huc dici partem sacramenti, quod iam fuit, quod salvari non potest in opposita sententia, quia in tali casu nullo modo effectus pars sacramenti, nec essentialis, nec integralis.

566 Et ex hoc patet, quid sit dicendum ad rationem adductam pro contraria sententia; falsum enim est, satisfactionem esse partem sacramenti eo, quod causet unum effectum huius sacramenti secundarium, & minus principalem, scilicet, poena temporalis remissionem; hoc enim est, quod directe rationes nostrae impugnant, & auctoritas praefertim ex Trid. adducta c. 3. ubi expressè, & sonantibus verbis dicit, omnes tres actus concurrere ad plenam, & perfectam peccatorum remissionem; ergo sicut alii duo actus contritio, scilicet, & confessio ad remissionem culpae concurrunt, ita & satisfactio; Nec etiam satis est dicere, satisfactionem dici posse etiam causam remissionis culpae, & collationis gratiae, eo quod poena temporalis remissio, & delectio sit complementum remissionis ipsorum peccatorum, quia poena temporalis est quid ex peccato relictum; non sufficit, inquam, quia Conc. loc. cit. loquitur de omnibus & tribuit huius sacramenti partibus, & de eorum effectu primario, & principali, qui est iustificatio per gratiae infusionem, & peccati remissio, & iudicium de omnibus dicit, ad remissionem peccatorum concurrere, sicut ergo de contritione, & confessione non bene diceretur, quod solam poenam delectant, ita neque de satisfactione & plane praefatum Trident. est testimonium dissimulari non potest, quia ibi ex instructo partes hoc sacramentum constituentes enumerat, & postea causalitatem, & efficaciam huius sacramenti assignans dicit, esse peccatorum remissionem, & peccatoris reconciliationem cum Deo, & hanc sententiam sequitur Suarez dis. 38. sect. 5.

567 Respond. Adversarii, adhuc sufficienter satisfactionem semper dici huius sacramenti partem, licet non semper primam gratiam habitualemente causet, & peccati remissionem, nam vel implet satisfactio ante absolutionem, & tunc eam causat cum aliis partibus, vel impletur post, & tunc licet eam non causet, non ob id cessat esse pars sacramenti, quia per accidens se habet, quod eam non causet, cum reperiat eam in subiecto causata in eum Cardinalis de Lugo cum aliis dis. 35. sess. 1. ubi exemplum affert de aliis quibusdam sacramentis, quae gratiam inveniunt productam, & tamen eorum partes adhuc sunt sacramentales. Sed haec solutio bene reuertitur ad Brancato loc. cit. nam ex hac solutione saltem habetur, esse de conceptu satisfactionis sit productiva gratiae, & iustificativa per se, sicut convenit ceteris sacramentis, & eorum partibus. Deinde quia ratio est ad oppositum, nam si ablutio in baptismo v.g. & unctio in Confirmatione reperiret effectum primarium, nullius sacramenti productum per solam formam, scilicet, gratiam, & characterem, nec ablutio, nec unctio essent pars sacramentorum illorum. Et tandem exemplum adductum non suffragatur, nam licet sacramentis completis possit hoc competere, ut patet de contritio, & baptizato baptismo saminis; non tamen alicui eorum parti eo impete-

re potest, nulla enim pars alicuius sacramenti reperiret effectum primarium illius unquam productum, sed simul cum aliis productum, & ideo partes illa non est ad rem.

569 Sed de hoc effectu proprio satisfactionis, qui est poena temporalis remissio, est adhuc gravis difficultas, an satisfactio a Confessario imposita sit sufficiens ad remittendam omnem poenam temporalem peccatis debita, ita ut satisfactio peccata, nihil amplius remaneat penitentibus in Purgatorio; & dubium est, quando Confessarius imponit penitentiam, quam ipse attendit peccati gravitatem prudenter arbitrari esse iustam, & gravitatem peccati proportionatam; nam quando iusta de causa imponit multo minorem, v.g. propter infirmitatem, vel impotentiam penitentis, omnes ferè admittunt, per eam non tolli reatum totius poena temporalis debite. Afirmant Maior, Soc. Med. Hurt. & alii, quia ex una parte penitentia sacramentalis est a Christo instituta, ut ex opere operato compleat remissionem peccatorum, remittendo totam poenam relictam; Et ex altera parte taxatio penitentiae, qua haec remissio complenda est, commissa est iudicio prudentis Confessarii, tanquam Iudici, sacramentum hoc institutum est ad infirmitates, & proinde penitentia, quae ab eo prudenter iudicatur sufficiens ad satisfactionem peccatorum, attendit eorum gravitatem, sufficiens etiam erit relaxanda, & exigenda totam poenam relictam, & eo praefertim, quia hoc sacramentum non est tribunal iustitiae, sed misericordiae, idem tenet Faber ex nostris loco citato.

569 Opposita tenent sententia communior est, ac probabilior, quam sequuntur Suarez, Vasq. Lug. Bonac. Averfa, Meratius, Valent. Nugus, Reginaldus, Casp. & ex nostris Aret. & alii passim; Ratio est, quia ut Confessarius penitentiam peccatis debitam, ac proportionatam imponat ad aequalitatem, cognoscere debet, quanta poena pro peccatis luenda in Purgatorio debeatur, at nullus Confessarius iustitiam prudens, & doctus id certo scire potest absque speciali revelatione, quae nimirum mensura puniantur in Purgatorio, & quanta poena correspondeat cuiusque peccato, & qualis satisfactio sacramentalis correspondeat tantae poenae Purgatorii, ergo per satisfactionem a Confessario taxatam etiam prudenti iudicio iuxta peccatorum gravitatem non tollitur omnis poena peccatis debita, ita ut penitentia perfecta satisfactio nihil in Purgatorio luendum remaneat. Tum quia ex contraria sententia sequeretur nullum ferè ex hac vita decedentem paulo post confessionem penitentia peccata luere poenas in Purgatorio, quod à communi Ecclesiae sensu alienum est. Denique quia proprium est solius sacramenti baptismi cum culpa tollere omnem poenam; ergo per satisfactionem sacramentalem eam sufficerent, & prudenter taxatam non semper omnis poena remittitur.

Ex quo patet, quid dicendum ad rationem in oppositum, quamvis enim censeri debeat satisfactio iusta, qua talis Confessario prudenti videtur attende peccatorum qualitates, & quantitates; hinc tamen non bene deducitur, per talem satisfactionem omnem tolli poenam in Purgatorio luendam, cum ipse Confessarius cognoscere nequeat, quanta poena in Purgatorio luenda peccatis debeatur, & qualis satisfactio sacramentalis tanta poenae Purgatorii correspondeat. Et plane omnino improbabile, apparet, quod ait Fab. c. 6. per qualemcumque penitentiam solvi, & extingui totam Purgatorii poenam; nec etiam credibile est, per penitentias, quae de factis solent iniungi, adeo citius, remitti totam Purgatorii poenam; sed per maiorem penitentiam plus de poena remittitur, atque adeo si Sacerdos minorem infra punctum dicitur satisfactio imponat, ut regulariter contingit, illa maior pars poenae remanebit in Purgatorio luenda, nisi aliis satisfactionibus voluntariis redimatur ex opere operantis, ut bene dicitur Averfa qu. 14. sess. 4.

570 Et ob eandem rationem dicendum est, eandem satisfactionem in confessionem impositam, si cum maiori devotione, & dispositione adimpleatur, plus de poena remitti, sicut enim idem sacramentum cum meliori dispositione susceptum plus de gratia confert etiam ex opere operato, ut dictum est disp. 1. de sacramentis in genere q. 9. ab initio n. 318. ita & haec pars sacramenti plus de poena remittit ad huc ex opere operato; unde etiam ob hanc utilitatem penitentes studere debent, ut cum maiori devotione, & dispositione iniunctas satisfactiones adimpleant. Et quidem immerito id Fab. negare videtur l. c. ex ratione fretus, quod effectus ex opere operato proveniunt ex sacramento, vel aliqua eius parte univoce mittit consequatur sacramentum, cuiusque confertur, & quomodoque modo dispositio, quia non pendet ex opere operantis. Hoc, inquam, immerito negatur, quia id expressè docet Trid. sess. 6. c. 7. dicit inquit, nos per sacramenta recipere gratiam, & iustitiam iniquitatem pro iniquitate recipientis dispositione, & secundum mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulari, & secundum propriam univoce utriusque dispositionem; Et cum dicitur, quod liber sacramentum habere ex sua institutione effectum gratiae definitum, & determinatum à Deo, qui non dependet ex opere, vel dispositione recipientis, sed ex opere operato, & virtute solius sacramenti, & ideo hic effectus ex parte sacramenti semper esse debet & aequalis. Quomodo id sit intelligendum, iam explicuimus l. c. cum Doct. 4. d. 4. q. 7. sic ergo, sc. quod effectus gratiae per sacramenta collatus eamque dicitur;

dicitur determinatus, quatenus Deus dispositio gratiam regulariter conferre cum tali signo, ita quod nulli minore, & sicut determinatio ista universalis quantum ad illum gradum est uniformis, ita & effectus aequalis est vi sacramenti in omni suscipiente obicem non ponente; adeoque nulli unquam conferatur minor ad positionem talis signi, non tamen haec determinatio ita intelligi debet, quasi cessare non possit secundum mensuram effectus, prout Spiritus sanctus dona partitur, ut loquitur Trid. loc. cit. neque id efficaciam & certitudinem sacramenti minuit, sed potius ampliat, ut dictum est loc. cit. disp. 1. q. 9. & hic est sermo communis omnium sensus, quia est doctrina Trid. expressa, ac etiam ratio ipsa suadet, licet enim sacramentum talem effectum conferat ex opere operato, adhuc tamen ex divina institutione, sicut dispositionem aliquam in adultis requirit, ita pro majori, & minori dispositione in aequalem confert gratiam, & hoc in causis etiam ipsis naturalibus experimur, quae licet ex virtute sua nativae, & propria causalitate physica agant, adhuc tamen iuxta maiorem, aut minorem subiecti dispositionem magis, aut minus operantur; male ergo negat Faber, gratiam ex opere etiam operato esse maiorem in uno, quam in alio secundum variam dispositionem suscipientis, & hinc penes deducit, satisfactionem à Sacerdote impositam semper eundem habere effectum ex opere operato quoad poenam temporalem remissionem, five sit peccatis adequata, five inadeguata, five maior, five minor, five cum maiori, five cum minori devotione sit adimpleta, nam improbabile proferis esse, ut diximus, totam Purgatorii poenam temporalem post remissionem peccati remanentem solvi, & extingui per qualemcumque penitentiam, quantumvis minimam, quantum est ex parte sacramenti, & ex opere operato.

571 Itaque ad assignandum quantum poenam satisfactio sacramentalis in sui executione remittat, dicendum est, non quancunque penitentiam in Confessione taxatam totam Purgatorii poenam remittit, quae peccatis debeatur, ut Glossa inveniatur in cap. Mensuram de Penit. disp. 1. non enim Deus decrevit pro quacunque levi satisfactione sacramentali remittere quancunque gravem poenam in Purgatorio luendam, sed certa quadam proportione pro majori maiorem, & minori minorem. Itaque si mensura poenae à Deo taxata pro hoc, vel illo peccato in Purgatorio luenda in indivisibili consistit, & Sacerdos imponendo penitentiam punctum huiusmodi non attingit, tota poena per eam non remittitur, sed potest magis, aut minus ad illud accedere, ut plus aut minus pro mensura ipsius satisfactionis illud attingat, & quia talis mensura omnino proportionata, & in indivisibili consistens nequit Confessario quantumvis prudenter innotescere, nisi ex speciali revelatione divina, ideo per penitentiam ab ipso taxatam amplius tollitur omnis poena peccatis debita, adeo ut penitentia nihil in Purgatorio luendum remaneat, satisfactio perfecta, & in hoc sensu procedit secunda opinio, si vero dicamus hanc rem non consistere in indivisibili, sed dari quadam certam latitudinem ipsam, intra quam potest determinari mensura poenitentiae pro hac cuiusque peccatoris penitentis, & hoc medium intra talem latitudinem posse esse Confessario notum sine speciali revelatione, tunc dici potest talem satisfactionem à Sacerdote impositam, elave non errante, valere ad absolvendam totam poenam temporalem peccati debitam, & in hoc sensu procedit prima opinio; Quae etiam hic explicata ad mentem Doctoris sustineri potest, cum ipse doceat 4. d. 19. q. 1. Ad quae, notam l. c. quod iustitia punitiva quae est commutativa poenae pro culpa non respicit necessariò gradum indivisibilem poenae correspondentem huic culpa, sed ibi est aliqua latitudo, infra quam poenam minor non sufficit; & ultra quam poena maior non est imponenda, & extra talem latitudinem non errat, & ideo arbitrium ratificatur, in tantum, quod quicquid imponitur intra illam latitudinem, hic oportet impleri, & si hic non impletur, restituum in Purgatorio exigitur; Et addit Doctor ibidem, possibile esse, quod medium intra hanc latitudinem sit Confessario notum per legem Dei cum adjutorio rationis naturalis, atque ideo obligationem ad hoc medium latum, non in indivisibili consistens, esse ad aliquid possibile homini sine miraculo specialis, & sine casu, & fortunata loc. cit. quibus verbis dat modum, quo etiam probabiliter possit prima opinio defendi.

ARTICULUS SECUNDUS.

De conditionibus ad satisfactionem sacramentalem requisitis ut rectè adimpleri possit.

572 In primis conveniunt Doctores, ut opus sit satisfactorium, debere esse aliquo modo liberum, & voluntarium, quia debet esse opus morale, quod sine libertate factum moralitatem participat nequit, cum libertas totius moralitatis fundamentum sit, ut dictum est lib. 2. disp. de Actibus humanis; tunc etiam quia congruitur postulat, quod sicut homo voluntarie peccavit, ita etiam debet voluntarie satisfacere debet. Dixi autem, opus satisfactorium debere esse aliquo modo liberum, & voluntarium, quia necesse non est, quod sit voluntarium per modum actus eliciti, sed sufficit etiam quod sit liberum per modum actus imperati, & interdu quoque per modum objecti voliti, quia ratione Trident. sess. 14. cap. 3. docet,

et, poenas à Deo nobis inflictas rationem satisfactionis habere, voluntarie ea acceptando, ac patienter loquendo; unde per flagella, & incommoda à Deo inflicta, quae necessario patitur, in tantum pro peccatis commissis satisfacere dicimur, quatenus patienter illa tolleramus per actum positivum patientiae, vel alterius virtutis, cum satisfactionis virtus non tam in passione, & sufficientia mali, quam in libera, & voluntaria flagellorum illorum, & incommodorum acceptatione consistat.

Conveniunt insuper, ut opus sit satisfactorium, debere esse honestum, & moraliter bonum, quia satisfactio sacramentalis habet pro materia opus ex genere suo satisfactorium ex opere operantis, quod virtute clavium elevatur, tum quia si opus malum esset, potius, poena dignum esset, quam venia, atque ideo debet esse aliquid moraliter bonum; inter opera autem satisfactoria praefertim tria à Conc. Trid. enumerantur sess. 6. c. 24. jejunium, scilicet, elemosina, & oratio, & ad jejunium quidem omnis afflictio, & castigatio carnis reduci voluntarie suscepta ad elemosinam verò omnia misericordiae opera erga proximum exhibita ad miseriam, seu necessitatem eius corporalem, vel spirituales sublevantiam; ad orationem tandem omnes, & singuli Religiosis actus interiores, aut exteriores in Dei cultum, & honorem eliciti. Sed quamvis Doctores in his duobus passim conveniant, alia tamen super sunt Difficultates circa conditiones ad sacramentalem satisfactionem requisitas, in quibus non satis conveniunt, & de quibus hic breviter agendum est.

573 Prima Difficultas est, an praeter opera supererogationis possint etiam pro penitentia injungi opera alia debita, five ex praecipio naturali, five ex positivo. Negant nonnulli, quia nemo per unam solutionem potest duobus debitis satisfacere; in satisfactione enim servari debet aequalitas, quia est actus iustitiae; unde aliqui dicunt, Confessorem id facientem, & talia opera imponentem pro penitentia peccare mortaliter in confessione sibi facta de mortalibus, venialiter verò in confessione sibi facta de venialibus. Afirmat communis opinio, ita Suarez, Vasquez, Lugus, Con. Hurtado, Amic, Averfa, Caspenis, & alii Receptoris passim, & ex nostris Poucius, Brancatus, Arinicus, & alii Scotisti, quod non obscure deducitur ex Scoto 4. d. 15. q. 1. ar. 2. principali, imò ex ipso Trid. loc. cit. quando dicit, per patientem flagellorum tollerantiam posse hominem Deo satisfacere; talis autem flagellorum tolerantia est alia praecipua, ut constat ex pluribus Scripturae locis; Quod etiam suadet ratio ipsa, quoniam praecipuum rationem liberi, & voluntarii non tollit, nec rationem meriti, ac per consequens nec rationem satisfactorii: Tum quia talia opera alia praecipua sunt satisfactoria, & possunt elevari per claves ad effectum ex opere operato, imò aliquando expedit illa imponere, five ut ipsa diligentius, & cum maiori devotione impleantur, five ut spirituali penitentium imbecillitati, vel gravibus occupationibus consulatur; Tum tandem quia ad hunc finem, nimirum ad satisfaciendum pro peccatis commissis, Ecclesia praecipit jejunia, & alias corporis afflictiones, & alia per elemosinam extremè indigenti exhibita iustus pro suis peccatis non satisfacere, quod est absurdum, consequentia patet, quia elemosina in tali casu est naturalis praecipua debita, potest igitur opus aliud debitum pro poenitentia imponi, & quidè taliter, quod sit talis poenitentia imitatur, duplex erit peccatum, non quidem, quia duplex sit praecipuum materiale, cum idem opus praecipiat, sed quia traditur sub diversis moribus formalibus, posterior enim obligatio imponitur ex suo speciali motivo, scilicet, integritate sacramenti, & ad satisfaciendum pro peccatis, & ita in transgressione constituitur speciale malitiam, unde duplex malitia in ommissione confurgit, distinctè in proxima confessione explicanda.

574 Nec ratio ad oppositum urget, quavis enim ex natura rei nemo per unam solutionem, duobus debitis satisfacere possit, id tamen facere potest ex gratia, & benignitate creditoris unicam solutionem pro duobus debitis accipientis, & ita contingit in casu nostro, quia ratione Conc. Trid. inquit loc. cit. hoc esse maximum divini amoris argumentum, ut temporalibus flagellis Deo inflictis, & patienter toleratis apud Deum Patrem per Jesum Christum satisfacere valeamus. Adhuc tamen ex alia parte afferendum est, quod cessante iusta causa, etiam cetera sint parva, imponenda sunt pro penitentia opera alia libera; hoc enim aequitas huius iudicii postulat, five ad puniendam penitentis peccata, five ad curanda eius vulnera infligendi, & ideo ita communi usui servatur, & in praxi; non enim ulla superest ratio, unde deduci possit, quod regulariter loquendo talis poenitentia conveniens sit, vel proportionata, five ad castiganda praeterita peccata five ad praeservandum ab aliis, quae duo sunt motiva praecipue à Confessario consideranda, & pra oculis habenda, & Auctores pro secunda, & communiori sententia citati, non nisi sub hac cautela, & limitatione eam tunc tunc, quia opus aliud debentium pro penitentia impositum non esset frivolum peccatoris, neque vindicta ad operis peccatum castigandum idonea, cum nihil novi in ratione ad ejus exhibendum pro peccato decerneret Confessarius, quod poenam, & laborem induceret ad eum diversum, ad quod alia teneretur, & venia facilis per hoc induceret ad contemptum; & in hoc sensu primam sententiam defendit, tanquam de mente Doctoris, Hi

Hiquas ex nostris 4. dist. 15. quest. 1. num. 91.

575 Ex quo patet, Fabrum 4. dist. p. 45. cap. 7. nimis rigorose primam tueri sententiam, ita ut in nullo casu possit Sacerdos imponere poenitentiam peccatori...

576 Secunda Difficultas est, an preter actus externos possint etiam poenitentia imponi actus merè interni. Negant aliqui, quia pars sacramenti debet esse sensibilis...

577 Tertia difficultas est, an quilibet opera honesta, etiam si penalia non sint, possint poenitentia inungi, & possimus per ea Deo satisfacere. Negant D. Thomas, & alii...

578 Neque ratio in oppositum urget, nam falsum est assumptum ad cuius probationem dicendum est, non esse de essentia actus virtutis poenitentia...

579 Quarta Difficultas est, An satisfactio impleta in peccato mortali aliquid valeat pro temporali pena...

580 Harum sententiarum secunda tenenda est, tanquam magis pia, & probabilis ait Amicus dicitur 17. sect. 2. quam sine aliarum prejudicio docet noiter Doct. I. c. de quarto dicitur...

581 Confirmatur ex destructione fundamenti opposita opinionis, quod est satisfactio debet esse Dei amicum, hoc enim est omnino falsum, inquit Doctor loc. cit. quia sufficit Deo...

ARTICULUS TERTIUS.

An valeat satisfactio in mortali adimpleta.

579 Quarta Difficultas est, An satisfactio impleta in peccato mortali aliquid valeat pro temporali pena...

gratie redierit; Nec penitentes se peccare putant poenitentia extra statum gratia adimplendo, nam in longioribus poenitentis non raro cotingunt in tali statu adimplere...

580 Harum sententiarum secunda tenenda est, tanquam magis pia, & probabilis ait Amicus dicitur 17. sect. 2. quam sine aliarum prejudicio docet noiter Doct. I. c. de quarto dicitur...

581 Confirmatur ex destructione fundamenti opposita opinionis, quod est satisfactio debet esse Dei amicum, hoc enim est omnino falsum, inquit Doctor loc. cit. quia sufficit Deo...

tur assumptum, quia ut ait Doctor, qui vetè solvit penam, quam debet, liberatur à debito illius, & illud extinguit, ac proinde in peccato mortali existens, vel in Inferno, si totam temporalem penam restantem patitur, quam ob peccatum pati debebat, verè à debito illius liberatur...

582 Resp. Adversarii adhuc eidem principio insistentes, quod Deo ab homine non solvitur, neque satisfit per opera nostra, nisi ex acceptatione illius, quia inter nos, & Deum non est vera iustitia, nisi ex eius acceptatione, principium autem acceptationis est charitas...

& benevolentiam requirit, sed solum redditur, quod debetur, quod etiam in inimico fieri potest. Alia ratio apud Scotistas videri possunt.

587 In oppositum arguunt Adversarii. Primo ex Scriptura, & Concilii necessitate status gratia requiritur ad satisfaciendum pro peccato temporali. Trident. enim id expresse docet, *sess. 14. c. 8.* & illis verbis, *omnis gloria nostra in Christo est, in quo vivimus, in quo meremur, in quo satisfacimus facientes fructus dignos penitentiae, qui ex illorum habent, ubi supponit Concilium ad hoc, ut possimus satisfacere, necessarium requiritur in Christo vivamus, quia Christus non infuit, nisi in membra eius viva per gratiam.* Hoc idem scriptura significat pluribus in locis dum ait, *opera extra charitatem facta apud Deum non valent 1. Cor. 1. si charitatem non habuerit, nihil mihi prodest, & Rom. 2. obsecro vobis per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, & idem Ecd. 34, dicitur dona impiorum non probat. Altitissimus, & Prov. 14. vitium impiorum abominabile, ergo opera extra charitatem facta non sunt Deo accepta, nec consequenter satisfactoria.*

Resp. cum omnibus Scotistis ex verbis Conc. colligi solum necessitatem gratia actualis auxiliantis, quae nobis a Deo datur ex meritis Christi ad eligendum opera bona, quam Pelagiani negabant non vero necessitatem gratiae sanctificantis, & gratia facientis, quae cum peccato mortali repugnat quod magis potest expressit Conc. *can. 3. c. 14.* ubi definit, satisfaciendum hanc non esse opus nostrum virtutum, sed esse opus gratiae datae per Christum Jesum, a quo omnis nostra sufficientia est; retundit enim ibi Haereticorum nostri temporis temeritatem dicentium, has satisfaciones tollere meritum Christi, quasi nos Catholici dicamus, has satisfaciones esse ex se satisfactorias sine merito Christi, Ideoq; verba illa in quo *vivimus* non significant, satisfaciendum debere vivere in Christo, id est, esse in gratia ipsius eo tempore, quo satisfacit, sed significant omnem nostram bonam actionem, & vitam spiritualem non nostris inniti viribus, sed auxilio gratiae, & merito ipsius Christi, & omnem nostram sufficientiam esse ipso esse, non ex nobis, & in eodem sensu Conc. dixit, satisfaciendum esse fructum gratiae, id est, auxilii divini, sine quo huiusmodi opera etiam in peccato mortali effici non potest; Potest etiam dici, satisfaciendum in peccato mortali factam inniti gratiae, & esse fructum gratiae habitualis, & sanctificantis, non quidem praesentis, sed praeteritae, cuius virtute culpa iam dimissa fuit, sicut enim ejus virtute culpam Deum dimisit, & poenam gratiam in temporalem commutavit, & eam pro poena peccati sufficere voluit; Vel talem si Conc. loquitur de fructu, & virtute gratiae habitualis praesentis, loquitur de perfecta satisfacione reconciliante, & placante, quae simul includit, & pro eodem tempore reconciliationem amicitiae, & solutionem poenae debite, & quae vellet Conc. omnes Deo satisfacias; alteram vero satisfacionem, quae tantum includit solutionem poenae debite pro offensâ dimissa, supponendo reconciliationem amicitiae praecedentem, de qua nos hic loquimur, non refellit, nec reprobat, sed sub disputatione relinquit; Loca vero Scripturae adducta optime explicat Navarrus, *c. 1. de Penit. d. 9. n. 45. c. 46; & in Manuali c. 3.* intelligi debere de operibus meritoris in ordine ad vitam aeternam, non vero de pure satisfactoriis, probant, inquam sine charitate minime effici posse aliquid opus vitae aeternae meritum, quia nulla opera facta in statu peccati sunt Deo accepta in ordine ad premium vitae aeternae, at non probant, opus poenale in peccato mortali factum in satisfacionem non solvere poenam temporalem debitam, ut ulterior poena non sit amplius exigenda, nam opera bona etiam in statu peccati facta bene possunt esse Deo accepta in ordine ad aliquid premium temporale, qualis est remissio poenae post peccata dimissa remanentis, probant tandem, opera in statu peccati facta efficere non posse satisfacionem perfectam, quae est reconciliativa, & placans, sed minime probant, non esse redditionem aequalem debito, & ex iustitia satisfaciendam poenae pro offensâ debita, quae doctrina est Scoti *l. c.* ubi ait, satisfaciendum in peccato factam, utique non esse placantem, & reconciliantem; adhuc tamen satisfaciendum esse absolute sumptam.

584 Deinde arguunt rationibus, quia remissio poenae temporalis est opus amici, quod praeparat hominem ad consecutionem gloriae, removendo impedimenta a peccatis relicta; ergo non potest conferri peccatori inimico. Tum 2. quia licet opera bona in statu peccati facta esse possint Deo accepta in ordine ad premium aliquid temporale, non tamen in ordine ad premium vitae aeternae; sed remissio poenae temporalis debita pro peccatis pertinet ad bonum gloriae, quia est praeparatio ad ipsam removendo impedimenta, ut dictum est; ergo non satisfacit homo existens in peccato mortali pro tali poena, neque Deus talem satisfacionem acceptat. Tum 3. quia operibus nostris neque meremur, neque satisfacimus, nisi in virtute passionis Christi; sed passio Christi non prodest existentibus in peccato mortali, ergo opera facta in peccato non profunt ad satisfacionem. Tum 4. quia ex gratia Dei poena aeterna peccato mortali debita in temporalem commutata fuit; ergo talis poena temporalis in gratia Dei erit ex solvenda. Tum 5. quia poena hujus vitae non sunt comparabiles eam penae alterius vitae, ergo nisi ad sit gratia, quae significat, non

sunt satisfactoria. Tum 6. quia alioquin sequeretur, etiam indulgentias sumptas in peccato contere suum effectum ex opere operato, cum non minus indulgentia, quam satisfactio in Confessione injuncta virtute clavium, & meritorum Christi ordinetur ad remissionem poenae temporalis a condonatis relicta. Tum tandem, quia aliquoquin talis satisfactio sacramentalis non esset, nec tertia pars hujus sacramenti, de cuius essentia est gratiam sanctificantem contere ex opere operato; pars enim totius naturam participare debet.

585 Resp. negando assumptum, sola namque remissio culpae, & poenae aeternae est opus, quod non debetur, nisi amicis, remissio autem poenae temporalis, sicut & auxilia gratiae, communia sunt amicis, & inimicis; ad probationem assumpti rursus negandum, est remissionem poenae temporalis proximae, & immediate ad consecutionem gloriae hominem praeparare, praeparat enim tantum remotè, & mediatè, quo pacto etiam praeparat auxilia gratiae, quae etiam peccatoribus conceduntur. Ad 2. patet per idem, nam remissio poenae temporalis sicut remotè solum, & mediatè ad consecutionem gloriae praeparat, & disponit; ita etiam ad bonum gloriae pertinet remotè tantum, & mediatè, sicut & auxilia gratiae, quae etiam peccatoribus conceduntur, ad beatitudinem remotè ordinantur. Ad 3. dicendum est, solventem poenam temporalem in statu peccati adhuc solvere in virtute passionis, & gratia Christi, modo jam explicato, hoc est, non virtute gratiae, quae tunc ad sit, sed quae aderat, quando culpa per absolutionem dimissa fuit, virtute enim gratiae tunc peccatorè iustificantis poena temporalis solvenda acceptata fuit, adeoque in quocumque statu solvitur, sufficit; falsa est etiam minor absolute sumpta, quod passio Christi non prodest existentibus in peccato mortali, nam illuminationis, vocationis, & efficaciae auxilia ad telegendum non dicuntur facta per Christum, & ex virtute passionis Christi originem habere, quod est haereticum. Ad 4. resp. satisfaciendum in peccato factam adhuc inniti gratiam gratum facientem, non quidem praesentem, dum peccator satisfacit, sed praeteritam, quae ei dimissa fuit culpa, cui talis poena debetur, atque ita satisfactio non necessario requirit gratia, & charitatem, dum sic licet requirit praesens, quando Deus culpa dimittit, & poenam solvendam acceptavit. Ad 5. dicendum, quod poena hujus vitae, quavis in ratione satisfacionis proportionem cum poenis Purgatorii non habeant, possunt tamen eam habere in ratione satisfacionis, ratio enim voluntaria, quae in Purgatorio deficit, eas extollit, & elevat, atque dignas facit, ut acceptetur a Deo ad solutionem omnis debiti, ut supra dictum est sub n. 587.

Ad 6. licet aliqui ex nostris concedant paritatem, & sequelam, ut Mairon, & Rubion, absolute tamen neganda est paritas, & discrimen ex eo patet, quod Indulgentia in Rom. Pontificis, non conceduntur nisi pro confessis, & contritis, unde habemus Extravagantem, *Unigenitum* Christum thesaurum suorum meritorum commisisse dispensandum pro suum in Terris Vicarium verè penitentibus, & confessis. Ad ultimum satis patet ex dictis art. hujus qu. n. 572. effectum, quem ex opere operato satisfactio re ipsa exhibita causat, quo pacto est pars integris hujus sacramenti, non esse augmentum gratiae habitualis, sed remissionem alicuius poenae temporalis, quae poena in condonatis relicta cum aliquo auxilio ad peccata in futurum praevendat; collationem vero gratiae diximus ibi non attingere, nisi ut in voto assumptam, quo pacto est pars etiam essentialis hujus sacramenti, ut ibidem explicatum est num. 569. quando autem hic dicimus, satisfaciendum sacramentale etiam in statu peccati adimplem suum sortiri effectum ex opere operato, jam patet, sermonem esse de ipsa, ut in re exhibita, quo pacto ibi etiam extreme diximus; ejus proprium effectum non esse gratiae collationem, sed tantum remissionem poenae temporalis, ex peccatis jam condonatis relicta; & in hoc sensu non esse partem essentialis hujus sacramenti, sed tantum integrale.

586 Denique arguunt Auctores primae sententiae, & probare contendunt, satisfaciendum sacramentale in statu peccati factam, non solum tunc suum non sortiri effectum, sed nec etiam postea remotè obice peccati, & succedente dispositione, & statu gratiae. Ratio est, quia quod nunquam habuit vitam, non est reviviscentie capax; sed satisfactio in peccato adimpleta nunquam habuit vitam gratiae, ergo, &c.

Respondeo, quod si nostra non teneatur sententia, quod satisfactio in statu peccati facta etiam tunc suum sortitur effectum, plane teneatur debere saltem teneantur sententia, quod nempe illum sortitur, succedente dispositione, & statu gratiae; satis enim probabilis est, quod non tollat Deus hoc debitum, dum status peccati manet, quia forte non vult penam acceptare in statu peccati factam in ordine ad illud debitum extinguendum, sed relinquere ipsum tanta poenae debitorum, non obstante solutione poenae a Confessione impositae, donec ad statum gratiae reductur; Nec ratio allata in oppositum urget, sed neganda est minor; licet enim satisfactio sacramentalis in statu peccati adimpleta a principio proximo, & infrumctam vitam non haberit, habuit tamen vitam a principio remoto, & principalem, quod fuit meritum Christi, & a gratia sanctificante praeterita, per quam remissa fuit culpa, cui talis poena debebatur, ut supra explicatum est.

587 Quinta tandem Difficultas est, An satisfactio vitata per aliquam

ARTICULUS PRIMUS.

Resolvitur Quaestio.

Quam mala circumstantiam sit valida. Negant aliqui contendentes penitentem teneatur ita facere opus ipsum satisfactorium, ut sit ex omni circumstantia pium, & bonum, & aliter non valeat ad penitentiam adimplem, quia profusus obonus apparer, ut per aliud novum peccatum agatur penitentia de prioribus peccatis, satisfactio autem facta ex fine malo est peccatum saltem veniale, si v.g. fiat ex aliqua vanagloria; Communior tamen sententia docet, etiam per opus ex aliqua circumstantia peccaminosum adimpleri posse penitentiam, & praecipuum Confessarii Suae, Vasquez, Lugus, Aversa, & ex nostris Ponceus, Brancatus, & alii Recentiores passim; Ratio est, quia per talia opera possunt impleri praecipua in variis materiis constat, quando scilicet, praecipiantur opera secundum substantiam, & non secundum modum, sicut ergo qui audit missam, aut praesentat eum levi distractione, & negligentia, praecipuum Ecclesiae adimpler, ita etiam iustionem, & penitentiam sibi a Confessario impositam adimplere poterit.

Melius tamen distinguendum est cum Hiquo *4. d. 15. qu. 1.* in calce, de duplici fine, alius enim est finis propter quem, vel cuius gratia, qui est finis simpliciter operis, & illud specificans, alius vero dicitur finis secundum quid, & occasionalis, in quantum excitat aliquo modo voluntatem ad operandum, & talis non dat speciem operi loquendo ergo de fine proprie dicto, satisfactio ex tali veniali sine exhibita non solum non esset vera satisfactio, sed neque esset veniale peccatum, imò potius gravis contemptus, & hypocrisis contra reverentiam sacramenti, & naturam operis, nam ut ait Doctor *l. c. de secundo principalis satisfactio est operatio laboriosa, vel penalis voluntarie assumpta ad puniendum peccatum committimus, & ad placandam divinam offensam, quibus verbis inquit finem intrinsecum, & extrinsecum satisfacionis intrinsecum quidem illis verbis, ad puniendum peccatum committimus, extrinsecum vero aliis sequentibus, & ad placandam divinam offensam, quae sunt merita sacramentum, aut patrem aliquo sacramenti ponente, non ex affectu, aut sine facramento, sed tantum ad finem hypocrisis, aut vanagloriae, est contemptus gravis Religionis, quia non sumitur sacramentum cum debita dispositione, quae cum tali fine consistere nequit, & in hoc sensu bene procedit ratio primae sententiae. Loquendo autem de fine veniali secundum quid, sic occasionalis, aut maculam venialem concomitantem, quae non derogat voluntati per se intendenti opus satisfactorium, ex fine tamen intrinsecum, quàm extrinsecum requirit; hic plane non derogat operi, aut effectui satisfacionis, qui acceptetur a Deo, nam si peccatum veniale non derogat effectui sacramenti, & effectui satisfacionis, ita etiam non derogat quod divinum acceptationem, sic etiam si ex aliqua alia circumstantia veniali vicietur satisfactio, ut si excedat in modo etiam cum advertentia, adhuc esse valida, ut v.g. si seipsum ita se maceret, ut notabiliter deficiat, etiam cum advertentia, si peregrinationes, vel alia similia contumaciam, si etrogans elemosinam ad extremam necessitatem redigatur, adhuc satisfacere censetur, quia talis circumstantiam non videtur vitare opus quod substantiam, sed tantum quoad modum.*

QUESTIO VIGESIMASECUNDA.

An Penitens teneatur satisfacionem sibi injunctam acceptare, & exequi.

588 Prima, & communis sententia in hac celebri Controversia affirmat, teneatur simpliciter penitentem acceptate iustam penitentiam a confessorio impositam, veli absolvi, & alioquin absolvendum non esse, & consequenter teneatur etiam postea per se loquendo adimplere, & ex qui talem satisfacionem sibi injunctam, magister sent. Alensis, D. Thom. D. Bonav. Riccardus, Paldanus, Datandus, Minor, Suarez, Vasquez, & alii Veteres ac Recentiores passim. Secunda sententia negat, teneatur penitentem de rigore acceptate penitentiam, quam Confessarius ei vult imponere, sed si dicat, se habere displicentiam de peccatis, & firmum propositum non peccandi, esse a Confessario absolvendum, ita Gabriel Rubion, Silvester, Medina, Navarrus, Armitilla, Hostiensis imò Caietanum etiam in *opus tract. 6. q. 2.* non solum negat, penitentem eam acceptate penitentiam injunctam, sed ulterius addit, etiam si eum opiniois Setaores negant. Et pro hac sententia citatur etiam communiter noster Scotus *4. d. 15. q. 1. de secundo principalis versio, Quia ergo, dist. 19. s. Ad quod motum sub lit. D. ubi ait, posse penitentem non acceptate satisfacionem sibi impositam a clero non errante, si dicat, velle in Purgatorio solvere poenam, neque per hoc dicendum esse Ecclesiae inobediens, sed esse absolvendum, monendum tamen, quod tot illa pena erit in Purgatorio solvenda, & in hoc sensu sic absolute loquendo eam tunc tenent Scotista alii passim, sed in quo sensu hoc dixerit Scotus, patebit postea eius sententiam explicando cum Hiquo, Brancato, & alii Scotistae, qui mentem Doctoris melius perceperunt, & alius serutati sunt.*

Mold. in Quart. Sentent.

589 Pro resolutione quaestii. Primo Dicendum est, non posse penitentem simpliciter, & absolute loquendo, ac regulariter teneatur omnem penitentiam, & satisfacionem a Confessario injunctam collectivè sumptam, dicendo, se velle satisfacere in Purgatorio. Haec est communis cum prima sententia, ac etiam est de mente nostri Doctoris, ut notant Hiques, & Brancatus, nam *dist. 15. q. 1.* monens Sacerdotem, ut prudenter imponat satisfacionem, dicit, quod si pauper nullam possit exequi penitentiam injunctam, imponat ei ut laborem diurnum libenter sufferat in penitentiam peccatorum, quousque aliam possit exequi; Si autem Doctor absolute teneatur omnem satisfacionem in hac vita posse a penitente non acceptari, non esset ita sollicitus de impositione penitentiae tolerabilis a penitente, sed absolute dixisset, quod si nullam potest penitens acceptare penitentiam, parum refert, quia sufficit, si dicat se velle eam in Purgatorio solvere, quò tamen Doctor non dixit, signum evidens, quod quando hoc infra dixit *dist. 19. l. c.* non loquitur ibi simpliciter, & absolute, sed in aliquo particulari casu, ut postea dicemus. Rursus *d. 16. q. 1. f. de*, satisfacionem, quae est tertia pars penitentiae, esse necessitatem in re, vel saltem in voto, & loquitur de actu voluntario exercendo in viam, improprietate impedit, aliquam igitur penitentem teneatur acceptare penitentiam de mente Doctoris, alioquin votum illud praecedens efficax non fuisset. Idò & in illa *d. 19. l. c.* Scotus non docet, in Sacerdote non esse potestatem obligandi, & ligandi penitentem absolute, sed contrarium docet, eam dicat, teneatur, cum penitentiam acceptatam adimplere sub poena peccati, quae obligatio non alia esset, nisi potestas ligandi obligationem induceret, in qua potestate fundatur haec obligatio ex parte penitentis, non autem in qua potestate fundatur, ut Doctor illis verbis innuit, *Tunc enim obligat in praecipuo Ecclesiae, cui se voluntarie submisit*, quibus verbis significat, esse obligationem orti ex impositione ipsa, & iustione Confessarii, nec dicatur potestas Confessarii coarctata, & subiecta ad consentum ejusdem penitentis, ut solum possit obligare, quando alter vult obligari, Certum ergo debet esse, etiam de mente Doctoris simpliciter, & absolute loquendo penitentem obligari ad acceptandam, & adimplem penitentiam sibi rationabiliter a Confessario impositam, nec posse licentiam illam repudiare, & satisfacionem in Purgatorio implendam reservare, autem in aliquo casu id liceat, dicemus postea.

Hoc verò assertum sic explicatum probatur. Primo ex Evangelio, ubi potestas ligandi datur Sacerdotibus, nempe injungendo satisfaciones, si autem non obligat penitens, Sacerdos non ligat, correlativa enim sunt potestas in Superiore, & obligatio in subdito, ita ut una sine altera subsistere nequeat.

Confir. ex Trid. *sess. 14. c. 8.* ubi Sacerdotes gravibus verbis monentur, ut condignas imponant satisfaciones, quae sint non solum in medicina, sed etiam in castigationem, ne si leves imponant, participes fiant peccatorum penitentis; si vero penitens non teneatur acceptate satisfacionem impositam, certe Sacerdos peccati illius participes non esset, dum fineret, & permitteret penitentem uti iusti suo. Demum probatur ex ratione hujus Sacramenti instituti ad modum iudicii, teneatur enim Reus parere Iudici legitime praecipienti, nisi forte sit locus appellacionis, quae in presenti iudicio non datur, cum sit supremum tribunal, & idem cum divino, & quidem in foro externo potest iudex etiam vi cogere Reum ad poenam subeundam, habebit ergo & Sacerdos vim coactivam, quae saltem per praecipuum obliget penitentem ad impositam penitentiam acceptandam, & solvandam.

Resp. Faber, Ponceus, Aretius, & alii Scotistae posteriorem sententiam Scoto communiter adscriptam simpliciter, & absolute defendentes sine ulla limitatione, Concil. *l. c.* non loqui de satisfacione in ordine ad satisfaciendum poenam temporalem, sed quatenus est medium ad praefervandum hominem à lapsu in futurum; itaque Concilium intelligi debet de penitentia, quatenus est medicinalis, & praeservativa à futuris peccatis, non autem quatenus est satisfactoria, ut sic enim potest illam non acceptare, sed in alia vita solvendam reservare. Addunt alii cum Navarro, esse in Sacerdote potestatem ligandi non absolutam, sed arbitriariam, cui proinde in penitente respondet subiectio non coacta, sed liberata docuit Concilium Tridentinum in literis unionis *s. quarum sacramentum*, ubi ait, satisfacionem imponendam esse secundum arbitrium Sacerdotis.

591 Sed plane haec explicatio contra ipsius Concilii textum militat, nam Cap. cit. sic admissum loquitur. *Habent praeculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad novam vitam custodiam, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad praeteritorum peccatorum vindictam, & castigationem, nam claves sacerdoti non ad absolvendam duntaxat, sed & ligandam concessas etiam antiqui Patres, & credunt, & docent;* ergo ex ipsis Concilii verbis potestas, quam Sacerdotes habent, imponendi satisfacionem penitenti, se extendit ad illam imponendam etiam in vindictam, & castigationem praeteritorum peccatorum.